Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30297
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Quintum anapesticum pindaricum constans dimetro acatalecto. Metra autem anapestica principaliter constant anapesto recipiunt autem frequenter spondeum raro proceleumaticum ap comicos et dactilum. septimusque super est silla in duos soluta breues. Ysus est hoc bis ita. O stellifer qui uiue orbis. Quantas rerum flectat habenas.

Sextum gliconicum quod constat spondeo choriambo pirrichio. quinques que est hoc usus ita. Cum phebi radios gues. Quod mundus stabilis fide. felix quique potuit boni. Vela naricis ducis. Quondam portucus attulit.

Septimum dactilicum dimetrum catalecticum cui est nomen adonio. Catalectice autem uersus est cui una silla deest. Yut hoc semel ita. Iubis ais.

Octauum genus iambicum est yponacticum constans dimetro acatalectico. Iambica autem metra imparibus quidem locis possit recipere iambum vt tribrachum. et sepe ap comicos anapestum. ita tamen ut multae breuium iunctura uitetur. Hoc usus est bis ita. Hec cum superba uertit uices deest. Quis quis profunda mare uestigat uerum.

Nonum est asclepiadeum quod fit spondeo duobus choriambis et pirrichio siue iambo. cui et feregratum subiect constans spondeo dactilo spondeo. Tali uarietate usus est semel ita. Si quintas rapidis flatibus incum Pone usat arenas.

Decimum est saphicum constans trocheo spondeo. dactilo duobus trocheis. Si scuit autem hunc secundum usum. gliconicum de quo supra dictum est. quod eum semel tantum fecisse inuenies. sic. Cum polo phebus roseis quadrigis, lucet spargere cepit.